



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

65. Confugientes ad loca exempta an & quibus casibus extrahi possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

## QVÆSTIO LXV.

Confugientes ad loca exempta an immunitate gaudeant ita ut extrahi non possint.

## SUMMARIUM.

1. Nomine loci sacri quid significetur.
2. Immunitate gaudere possunt Christiani, servi, excommunicati suspensi, effractorum sacri legi, exules, blasphemie.
3. Quid si extra Ecclesiam captus per eam ducatur.
4. Hæretici non gaudent Enorme crimen committentes excommunicati secundum quosdam 7. Qui delinquit spe immunitatis 8. Qui existens in Ecclesia alium extra Ecclesiam cecidit, Idem sponte egressus.
5. Enorme crimen quale.
6. Quid si is quem insequor ad Ecclesiam confugiat.
7. Sortilegi & venefici an in loco exempto capi possint.
10. Cuius sit iudicari nunc quis exemptionis gaudere debeat laici vel Ecclesiastici iudicis.
11. Extrahens non liberatur quamdiu extrahens non restituit suo iudici.
12. Violenter extractus & Ecclesia a quo extractus est agere possunt de sortilegio.
13. Bulla Gregoriana.

**I**mprimis immunitatem Ecclesiasticam deinde exemptionem Canonicam patris attingamus.

Dico itaque primo, nomine loci sacri hac in materia intelligi Ecclesiam, Capellam, Basilicam, Eremitorium, Sacellum, aut quodvis Hospitalis Episcopi auctoritate constructum late Remigius à Sogni tract. de immunitate Ecclesiarum Card. cons. 11. Abb. cap. penult. col. 2. de immunit. Ecclesiarum Navar. in Manuali cap. 25. num. 17. Item cœmeterium sive adheret sive separatum sit ab Ecclesia cap. quisquis 17. qu. 4. dormitorium Clericorum aut Religiosorum arg. ca. cum pro causa de sentent. excommunicat. Ianua, & porticus Ecclesie aut cœmeterio annexa cap. si quis contumax 17. qu. 4. Abb. penult. de immunit. Eccles. Palatium seu domus Episcopalis, licet sit ab Ecclesia separata cap. id constitutum 17. qu. 4. Innoc. & DD. cap. cum inter de immunit. Eccles. Card. Clem. 1. de penit. ut remiss. 10. Vischus tract. de immunit. Eccles. num. 51. Rebuff. de privileg. Schol. privilegio 102. n. 2. intra tamen 40 passus ab Ecclesia edificatum P. Pafecius in praxi Episcop. par. 2. cap. 4. de immunit. Eccles. Covarrua. 2. Var. cap. 20. num. 4. Domus Ecclesie ad habitationem clericorum intra 30. aut 40. passus constructa alias non nisi alicui capellæ annexa essent d. ca. quisquis ubi DD. Spatium item 40. passuum in circuitu Ecclesie maioris & 30. in circuitu Ecclesie minorum

minorum cap. sicut antiquitus cap. quisquis 7. quest. 4. Oldra. cons. 35. Fel in d. cap. cum pro causa de sen. excom. praeterea claustrum & pavimentum licet spatium plus quam 30. passus contineat Remigius d. tract. ampliat. 5. usque ad 15. Rebuff. ad ord. reg. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glos. 1. n. 8. part. 1. Presbyter deferens sacram Eucharistiam Host. & DD. cap. sane de celebr. missar. ubi DD. Cardinales Remigius ubi supra ampl. 18. & 21. Barbara de Cardinalium praesentia par. 1. quest. 6. Imperatores, Reges, Principes, eorumq; palatia Remigius ubi supra Navarr. d. cap. 25. n. 18. Licet Navarrus affect. Ecclesias Romae hac immunitate non gaudere sed bene domos Cardinalium cum certo ambitu. Peck. de iure sstendi ca. 6.

Dico secundo, hac immunitate gaudere omnes Christianos sive ex delicto sive ex debito confugiant. DD. cap. inter alia de immunit. Eccles. Remigius & 10. de Vischis 2 in d. tract. Rebuff. ubi supra n. 13.

Item servi sivitiam Dominorum timentes, qui non sunt aliter Dominis restituti quam quam praeterea cautione iuratoria de non faciundo DD. d. ca. inter alia. Praeterea excommunicati, suspensi, interdicti, Imol. & DD. Clem. 1. de penit. & res miss. dicit supra lib. 3. quest. 32. licet contra censuerit Guymer ad pragmat. sanctionem rit. de interdictis indifferenter non ponend. statuit in glo. verb. inde.

Effraiores carcerum, Auser. ad Capell. Tholos. quest. 422. Boer. dec. 100. estq; communis contra Archidiaconum in ca. sicut. 137. q. 4. Percutiens, aut occidens clericum, & omnis sacrilegus, dummodo delictum in Ecclesia non committatur, licet contra censuerit Remigius d. tract. fall. 32. & seq. 34. Navarr. d. c. 25. n. 19. vers. tertiam.

De capto extra Ecclesiam, qui per Ecclesiam ducitur gaudere affirmavit Navarrus d. n. 19. Remig. ubi supra fall. 31. Idque etiam si iam damnatus ad supplicium duceretur. At vero non gaudere censuerunt alij Marsil. in pract. crim. §. ulterius n. 4. Archid. cap. sicut 17. quest. 4. vide Praesidem loco à virtute sine post med. 10. de Vischis ubi supra num. 52. Capolla l. quis sit fugitivus §. idem celsus num. 15. ff. de editio edicto fol. 69.

Exules, banniti, obligati ad ratiocinia decoctores, transfugi, modo tamen non commiserint in Ecclesia crimen aliquod reservatum seu exceptum, ita tenet Navarrus contra Remigium & sequaces d. n. 18. in fine.

Judaei, Pagani, infideles, & haeretici confugentes ad Ecclesiam ut fideles & Catholici efficiantur Boer. d. dec. 100. l. 1. cum glo. C. de his qui ad Eccles. confug. Navar ubi supra n. 20. Anania c. Iudaei l. n. 4. de Iudaei Blasphemum gaudere immunitate censuit Navarrus d. n. 20. at vero Boer. d. dec. 100. & Remigius ubi supra è contra, pro conciliatione distingui potest inter Blasphemiam simplicem & blasphemiam haeretica. Item Doct. Ignatius Lopes in pract. crim. in de blasphemia simplex Blasphemus quatenus talis non censetur haereticus at vero si per Blasphemiam committatur haereticus si ver-

si verba inferant hæresim immunitate non gaudebit non qua parte blasphemus est sed qua parte hæreticus præsumitur, idq; est de mente Navarr. d. n. 20. ad cuius explicationem confert doctrina insignis Igoatii Lopes jam citati *Rebuff. dicto loco n. 22. Boer. decis. 110.* Religiosi disciplinæ causâ extrahi possunt *Reb. n. 24.* Apostata à religione gaudet, à fide neutiquam *Reb. d. n. 24.*

Dico tertio, infideles & hæreticos hac immunitate non gaudere *Navarr. d. n. 20. & d. l. 1. Rebuff. d. n. 22. Anania cap. Iudai 1. n. 4. de Iudæis.*

Item committentes enorme crimen *cap. 1. de homic. in 6. in verb. toto Christiano populo dissidatus d. cap. inter alia cap. felicitis § penult. de penis in 6. facit tex. l. 3. § transfugus verb. ubicunque ff. de Siciarijs latins Marfil. l. unica n. 100. C. de raptu virginum.*

Multa enim ratione enormitatis criminis singulariter sunt inducta, nempe iudicem pati non debere aliquem advocare seu patrocinari pro furibus insignibus seu criminibus enormibus *Rom. l. si vero §. de viro fall. 46. ff. solus-marr. Paris de Syndicatu charta 31. col. 1. vers. & ideo dico assassinus à quocunque offendi potest per d. c. a. 1. de homicid. in 6. Marfil. d. n. 100. Apost. ad 10. de Anania in c. si adversus n. 4. in verb. advocatorum de hereticis, & procedi posse de facto iuris ordine non servato *Barib. l. non solum §. si mandato ff. de injurijs Paris de Syndic. charta 51. col. 2. circa finem Marfil. ubi supra Gaill. de pace public. lib. 2. cap. 3. num. 16. & seqq. Qualiter autem enorme crimen & maius à minori discernatur, late tradit Farinæus in pract. Crim. li. 1. cit. 3. q. 18. per tot. Paucis, ex qualitate poenæ discernetur majus delictum à minori, quia poenæ commensurari debent delictis, ex mensura enim cognoscitur mensuratum *Barbaria conf. 48. incip. praclare scribitur primo regum par. 2. Auctor incertus tract. 10. fol. 25. Ludovic. Montall. tract. de reprob. sentent. Pilati art. 4. n. 14. vol. tract. 8. glo. l. 1. C. si adversus delict. & l. auxilium §. in delictis ff. de Minoribus ubi dicit crimina alia esse atrociora atrocissima levia vide Gaill. referentem atrociora crimina per varia exempla, lib. 1. de pace publ. cap. 14. n. 20. & seq. Menoch. de arbitrarijs iudic. casu 266. per tot. latissime Farinæus in pract. criminali lib. 1. tit. 3. q. 18. per tot.***

Sub qua specie statuimus publicos latrones, viarum grassatores, qui itinera frequentata vel publicas stratas oblidant, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, depopulatores agrorum, assassini, rei læsæ majestatis divinæ, aut humanæ sunt verba Bullæ Gregorij 14. editæ hac de re anno 1591 nono Kal. Junij anno ejus primo *Navarr. d. n. 20. Remig. fall. 11. d. cap. cum inter d. cap. fin. de immunit. Eccles. 10. Viscis d. tract. n. 16. Reb. ubi supra n. 14. & seq. secus vero si ex insidijs tantum vulnus inferretur Reb. ibid. n. 16. Quid autem si negetur esse publicus latro vel enorme crimen, an interea temporis dum d' scepatur extrahi poterit? vide 10. Viscis ubi supra d. n. 22.*

Neque immunitate gaudet qui in Ecclesia delinquit *d. cap. fin. de immunit. Eccles. cap. frater cap. ad Episcopos 17. quest. 4. Remig. ubi supra Ludovic. Montall. tract. de reprob. sentent. Pilati dubio 1. n. 40. frustra enim legis auxilium invocatur, qui in legem com.*

committit l. auxilium ff. de minorib. cap. quia de usuris. Neque refert an delinquat eum spe immunitatis, an sine illa. Abb. d. cap. fin. Abb. d. n. 20. & 22. quod quamvis sit contra communem in Theoria sententiam, quia teste Ovidio 2. de Ponto.

Convolat interdum templi violator ad aram.

Nec petere offensi numinis horret opem:

Est tamen in praxi receptum, teste Aufertio ad Capell. Tholos. qu. 422. Navar. ubi supra. Item excommunicati & Banniti secundum quosdam Rebuff. ubi supra n. 24. Cosmas in prag. sancti tit. de interditi. indifferet. non pon. § statuit. in glo. verb. inde. Quid autem in exemptione Canonica vide supra lib. 3. q. 32 per tot.

Sed dubium est, an qui à justitia ministris fugatus ad Ecclesiam confugit possit si eum prosequantur extrahi? Possit censuit Cynus Authent. si quis ei c. de adulter. dicens si quis deliquerit extra Ecclesiam, & officiali eum prosequente confugiat ad Ecclesiam, quod extrahi poterit per Auth. de mand. princip. §. sed neque Alex. conf. 24. col. 10. vol. 2. Ferrar. in pract. form. inquisitio verb. hac est quadam inquisitio col. 7. vers. ex bi potest late Nellus tract. de Bannitis 2. parte 2. temporis quaest. 29. Marfilis in practica criminali §. ulterius n. 4. Archid. cap. antiquitas 17. quaest. 4. Praes loco à virtute finis lo. Vichis d. tract. n. 52. Quia in delictis attendi dicitur initium & non finis Marfil d. l. unica n. 112. Navar. in manuali. cap. 25. n. 19. ubi late. Hinc licet pro debito civili capi quis non possit in domo, si tamen repertus fuerit per officialem extra domum & aufugerit in domum extrahi poterit Marfil. ubi supra n. 113. & sing. 225. Licetque captivum ad sunt carceres ducere per jurisdictionem alterius arecto franciae delinitum refert Ioannes Gallus ad arrest. partam. quaest. 224. & confirmat hoc ipsum ibidem glossa Molinai. Verum in praemissa specie non posse voluit Cinasianus ad conf. dem glossa Molinai. Verum in praemissa specie non posse voluit Cinasianus ad conf. Bur. Rub. 1. des iustices §. 5. n. 14. Farinacin. prac. crim. part. 1. quaest. 28. Navarrus d. n. 19. in haec verba: Et qui comprehensus per locum sacrum ducitur etiam si iam damna- tus ad supplicium ducatur quia jam est intra eam receptus & à fortiori qui à iusti- tis ministris fugiens in eam est ingressus Remig. fall. 31. Capell. Tholos. quaest. 422. Re- fertq. Navarrus hanc communem esse sententiam uti & Boerius dec. 100. ac Farina- ceus par. 1. quaest. 28. n. 41. quamvis Ioannes Wamesius praeceptor quondam meus conf. 516. de immunit. Eccles. tom. 2. post longam disputationem quaestionem hanc reddat dubiam & perplexam, suadeatq. eam amica transactione sopiendam.

Præterea, immunitate non gaudet secundum quosdam qui prope Ecclesiam de- linquant animo ad eam confugiendi Abb. d. c. fin. Navarr. ubi supra n. 22. vide Alciatum reg. 3. praes. 33. ubi dicit id non praesumi Rebuff. n. 20. affectans enim privilegium privi- legio gaudere non potest quemadmodum multis exemplis infra docuimus li. 4. quaest. 71. per tot ubi late. Quod an verum sit videatur infra d. q. 71. in fine.

Item qui animo occidendi aliquem percutit d. cap. 1. de homicid. Navarr. ubi supra

num. 21.

Yy 3

Nec

8 Nec qui ex ipsa Ecclesia alterum extra Ecclesiam existentem percussit, aut e contra, tunc enim delictum videtur in Ecclesia *Abbi d. cap. fin. Navar. d. n. 21.* Neque qui existens intra Ecclesiam iussit extra Ecclesiam delictum fieri quoad delictum quod jubendo committit quia in Ecclesia patratum fuit quamvis sic quoad delictum patratum ex iussu suo *Remig. ubi supra Navar. d. n. 21.*

Neque qui eum extraxit per vim qui in Ecclesia erat saltem per vestes extrahendo, quia in Ecclesia delinquit, neque etiam qui extrahi eum iussit quo ad delictum in hoc commisit quamvis sic quoad delictum quod intenciendo aut percuciendo post eum extractum committeret *Remig. ubi supra à fol. 4. usque ad fol. 11. Navar. d. n. 21.* quia hoc extra, illud vero intra Ecclesiam commissum censetur.

Sed nec qui sponte egreditur gaudet immunitate *Hofst. & DD. d. cap. fin. Navar. d. n. 2. in fine & 22.* etiam si blanditiis educatur *Navar. d. n. 2. in fin. c. uxori fallit 16. quest. 4. Navar. d. n. 21. in fine.*

Neque qui ex ipsa Ecclesia se iniuste defendens pugnat, quia intra Ecclesiam delinquit Neque qui comburit aut dejicit Ecclesiam, quia is etiam in ea delinquit, *fin. Navar. d. n. 22. in fine* quicquid dicant relati (inquit Navar. Jà Remigio in d. tract. Neque personæ Ecclesiasticæ iuxta Abbatem uti receptum in d. cap. fin. Navar. d. n. 21. & 22. Quod videtur limitandum quoad iudicem Ecclesiasticum non autem quoad iudicem sæcularem, quem arbitror non posse extrahere ab Ecclesia clericum in minoribus constitutum etiam ob delictum licet quoad illud *Concil. Trid. sess. 23. c. 6.* habeat in eâ jurisdictionem ita Navar. Item immunitate non gaudet frangens sagardiam Armatus confugiens ad Ecclesiam, fur cum re furtiva ad Ecclesiam confugiens, sacrilegi adulteri iure civili, non autem iure Canonico, decoctores seu falliti secundum quosdam, de quibus videatur *Reb. n. 17. & seqq. passim.*

9 Quibus summam præmissis (uberius enim cognitio hauriri poterit ex d. Remigio de Sogni & Io. de Vischis) Transeo ad Gregorianam Bullam præscribentem formam extrahendi confugientem ad loca facta aut exempta, quam ad longum subnectam, ubi pauca hæc recensero ex P. Martino Delrio, qui in disquisitionibus magicis non multum ab re nostra sic loquitur *lib. 5. sect. 7.*

Capitortios seu maleficos etiam in Ecclesia posse puto ex multiplici capite, tum quia crimen est atrocissimum, tum quia sacrilegi, blasphemæ, homicidæ, delibetari & proditori heretici, apostatæ, nam nullis istorum suffragatur immunitas loci sacri ne ibi quidem ubi viget, late Farinæus q. 28. & in casu quo non valet immunitas volunt multi & etiam non requisito Episcopo reum extrahi per iudicem sæcularem posse, alij tamen volunt ab Episcopo veriam peti, prior opinio de iure veteri & receptior erat ante Bullam Greg. 14. optimi, laudatissimi Pontificis, qua expresse cautum ne liceat sæcularibus iudicibus sine Episcopi licentia aliquem ex Ecclesia extrahere, etiam in casu alias permissio, nisi si forte Episcopostalem licentiam

tiam date recusataverit & tunc reos sic extractos debere ad carceres Ecclesiasticos  
 conducit, ut illic detineantur donec per Episcopum vel ab eo deputatum cognitum  
 fuerit an crimen sit tale, ut gaudere non debeant immunitate Ecclesiastica, ubi au-  
 tem hæc Bulla non obligaret posset extrahi casu dicto, sed modeste & cavendo  
 tumultum & offensionem personarum Ecclesiasticarum, & dommodo postea com-  
 peto quod non debuerit extrahi, statim Ecclesiæ restituantur Covar. lib. 1. var. re-  
 sol. cap. 20. Clarus quest. 30. n. 27. & in eisdem locis valebit jus præventionis in eo  
 ut si Reus nondum sit extractus ad sæculariæ pertineat judicare num immunitate  
 gaudere debuerit nec ne Vulpell. resp. 130. n. 6. Farinac supra n. 76. Ita ille, Indistin-  
 ctè tamen putavit Rebuffus ubi supra n. 34. hanc cognitionem spectare ad Ecclesi-  
 asticum non vero ad laicum, nisi eo respectu quo immunitate non gauderet ad effe-  
 ctum eum extrahendi, idque ideo quia Ecclesiasticus iudex dignior est v. Cavalcan.  
 decis. 2. n. 38. par. 2. Covarr. pract. quest. cap. 33. n. 1. Magis enim dignum trahit ad se mi-  
 nus dignum v. supra lib. 1. qu. 26. n. 8.

Porro, illud etiam breviter non est omittendum ex Navarro quod iudex extra-  
 hens hominem ab Ecclesia exempta, & iussus ab Ecclesiæ Prælate ut captum resti-  
 tuat, non satisfacit si captum liberum abire permittat, vel se subiciat obedientiæ E-  
 piscopi non habentis in illa Ecclesiâ jurisdictionem Navarr. conf. 1. de immunit. Eccle-  
 siarum par. 1. sed pœnis monitorii conservatoris manebit ad strictus. Cum enim vio-  
 lenter abstractus ab Ecclesia per violentiam sit de facto spoliatus & exemptione  
 privata possitq; non modo ipse restitutorium iudicium intentare Siculus cap. inter  
 alia de immunit. Eccles. Barth. 1. present. n. 5. C. de his qui ad Ecclesiam confugium late  
 Barthol. disputat. 6. incip. Lapis sed etiam Ecclesia quæ sua libertate & exemptione  
 privata est cap. miror 17. quest. 4. Ideo fit ut extrahens absolvi non debeat quamdiu  
 Ang. in summa verb. immunitas vers. 20. Aufrer. ad Capell. Tholosan. quest. 423. num. o-  
 mnia in pristinum statum non reposuit 2. Olyra conf. 53. Multa alia hoc in articulo  
 adferri possent quæ ad amissum persequi non est otium sit satis attigisse summas ca-  
 pitulum, Porro Gregorii XIV. Bullæ tenor est ejusmodi.

Cum alias nonnulli prædecessores nostri & præsertim felicitis recordationis  
 Sixtus Papa V. necnon Pius etiam V. &c. & infra. Hac itaque nostra perpetuo vali-  
 dura constitutione omnia & quæcunque privilegia indulta & gratias tam per præ-  
 dictum Sixtum ac Pium quintum quam alios quoscunque nostros prædecessores  
 aut nosmet ipsos Sedemque Apostolicam eiusve legatos super abducendis vel ex-  
 trahendis ab Ecclesiis Monasteriis Sacellis domibus regularibus & secularibus lo-  
 cive factis aut religiosis aliisve in casibus à iure permissis hominibus certorum  
 tunc expressorum vel non expressorum criminum Reis aut fraudulentis decocto-  
 ribus etiam in odium certorum delictorum & pro bona pace & quiete publica &  
 ex causis urgentissimis ac necessariis & æquipollentibus casibus in iure expressis at-  
 que

que ex paritate identitate aut majoritate rationis extensis perpetuo vel ad certum  
 nondum elapsum tempus seu ad vitam alicujus Principis aut beneplacitum seu  
 alias quomodolibet concessa etiam iteratis aut multiplicatis vicibus approbata & in  
 novata ac usua recepta literasque Apostolicas sub plumbo aut in forma brevis seu  
 alias quomodocumque desuper confectas quarum tenores hic haberi volumus pro ex-  
 pressis ac ad verbum insertis sublata penitus omni differentia ita ad unam tantum  
 formam reducimus & moderamus ut laicis ad Ecclesias locaque sacra & religiosa  
 predicta confugientibus si fuerint publici latrones viarumque grassatores qui itinera  
 frequentata vel publicas stratas obsident ac viatores ex insidiis aggrediuntur aut  
 depopulatores agrorum quive homicidia aut mutilationes membrorum in ipsis  
 Ecclesiis earumve camiteriis committere non verentur aut qui proditorie proximi-  
 mum suum occiderint aut assassini vel haereticis aut laesae Majestatis in personam ip-  
 siusmet Principis rei immunitas Ecclesiastica non suffragatur sed universis & singu-  
 lis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis Primatibus Archiepiscopis Episco-  
 pis ceterisque Ecclesiarum & Monasteriorum Praelatis tam saecularibus quam cuspi-  
 vis ordinis regularibus districte praecipiendo mandamus & praecipimus ut laicos in  
 casibus praedictis delinquentes ad eorum Ecclesias monasteria domus & alia loca  
 supradicta sacra seu religiosa respective confugientes & in eis se recipientes atque  
 morantes qui praedicta delicta eorumve aliquo iudicio suo commisisse videbuntur  
 quando a Curia saeculari fuerint requisiti & quilibet eorum fuerit requisitus mini-  
 stris & officialibus Curiae saecularis absque irregularitatis nota antea cuiusvis  
 Ecclesiasticae incursum tradi & consignari curent & faciant & quilibet eorum curet  
 & faciat ne autem Curiae saecularis ministri praedicta facultate illos per se & propria  
 autoritate extrahendi & abducendi sibi olim ut praefertur attributa & per praesen-  
 tes evocata adutantur Volumus dictaque autoritate decernimus & declaramus ut  
 Curia saecularis eiusque iudices & officiales ab Ecclesiis monasteriis locisque sacris  
 praedictis laicum aliquem ut praefertur delinquentem in nullo ex casibus supradictis  
 sine expressa licentia Episcopi vel eius officialis & cum interventu personae Ecclesi-  
 asticae ab eo autoritatem habentes ad quos solos & non alios Episcopos inferiores  
 etiam si alias ordinarij sint aut nullius diocesis aut consistoriales ab hac sede  
 specialiter vel generaliter deputati praedictam licentiam dandi facultas pertineat Oc-  
 currente autem casu in loco exempto in nullius diocesis tunc ad Episcopum vicini-  
 orem devolvatur haec cognitio & non ad alios qui capere extrahere aut incarcerare  
 non possunt nisi eo casu quo ipse Episcopus & dicta persona Ecclesiastica requisi-  
 ta illos in delictis superius expressis culpabiles tradere aut capturas & incarcerationi  
 intervenire & assistere recusarint tuncque reverentiae Ecclesiae & locis sacris debita  
 memores praedictos delinquentes minori quo id fieri poterit cum scandalo & tu-  
 multu extrahere curent.

Quodq;



Quodque delinquentes laici prædicti postquam ut præfertur ab Ecclesiis loci ve  
 sacris extracti & capti fuerint ad carceres Curia Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tu  
 to & firmo carcere ac oportuna custodia data illis si opus fuerit per curiã secularem  
 detineri debeant nec inde extrahi Curiaq; seculari prædictæ consignari nec tradi  
 possint nisi cognitio prius per Episcopum seu ab eo deputatum an ipsi vere crimina  
 luperius expressa commiserint tuncque demum de mandato Episcopi per iudicem  
 Ecclesiasticum curiæ seculari quacunque appellatione post posita consignentur, de  
 crimine vero hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat neq; in ea Cu  
 ria secularis se quoquo modo intromittat. Sicuti etiam prohibemus ne contra Ec  
 clesiasticas personas seculares aut cuiusvis ordinis vel militiæ etiam sancti Ioannis  
 Hierosolymitani regulares quoquo modo etiam vigore prædictorum privilegio  
 rum indultorum aut concessionum (quæ orania ad terminos juris per præsentem re  
 dudimus) procedant aut se intromittant illosve ab Ecclesijs monasterijs domibus  
 locisve sacris aut religiosis etiam in casibus in hac constitutione expressis extrahere  
 abducere capere carcerare aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum  
 pertinentibus alias quam de iure & per privilegia eisdem ordinibus aut militiis  
 concessa permittatur quomodolibet præsumant, quod si quis quacumque dignitate  
 præditus præmissorum quicquam attentare contra hanc constitutionem præsum  
 perit ipso facto censuras quæ contra libertatis Ecclesiasticæ violatores sunt pro  
 mulgatae incurrat, non obstantibus præmissis etiam Sixti & Pij V. quam aliorum  
 quorumcumque prædecessorum nostrorum literis Apostolicis privilegijs indultis Da  
 tum Romæ in monte Quirinali anno incarnationis Dominicæ millesimo quingente  
 simo nonagesimo primo nono Kalendas Iunii Pontificatus nostri anno primo. Ita  
 Gregor. 14. anno 1599. 9. kal. Iunii referente Alfonso à Casarubios in compendio pri  
 vilegiarum fratrum mendicantium tit. de immunit. Ecclesiarum & Piasio in d. praxi  
 p. 2. c. 4. Quæ pœna autem teneantur violatores immunitatum distingui solet inter  
 jus civile & Canonicum, compendij causâ videri poterit Rebuffus loco cit. glos. 1. nu.  
 32 iure civili pœna legis Iulie Majestatis ultimi supplicii afficiebantur l. 2. l. præsentis  
 C. de hi qui ad Eccles. confug. l. si quis in hoc genus C. de Episc. & Cler. Chassan. ad conf.  
 Burg. Rubr. des injustes per. & droit d. celle & hoc quando injuria inferebatur clericis. c.  
 qui autem 17. q. 4. c. cum devotissimum 12. q. 2. At vero, de iure Canonico excommuni  
 cantur c. frater c. omnes Baslica c. scilicet 17. q. 4. c. illi qui 24. q. 2. Privantur feuda & ju  
 ribus quæ ab Ecclesia habent Turrecremata d. c. frater c. i. in fine de Treug. & pace Reb.  
 d. glo. 1. n. 23. Mulctantur pœna pecuniaria non gentorum solidorum c. si quis cotumax  
 17. q. 4. quorum 27. conficiunt auri libram, & ab Ecclesiastico puniri possunt licet  
 missi fori. Postremo, adverte injuriam factam uni de Collegio, totum Collegium posse  
 agere, maxime quando injuria & violatio redundat in Collegium in consequentiam  
 Oldrad.

Oidr. consil. 66. in fi. Item triginta librarum auri purissimi c. quisquis 17. quest. 4. item alijs arbitrarijs pœnis coercentur cap. non minus ca. adversus de immunit. Eccles.

## QVÆSTIO LXVI.

Constitutiones Papales an in dubio usu receptæ præsumantur.

## SUMMARIUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Non præsumuntur receptæ.   | 4. Idq. si alius potestati consentiat.                      |
| 2. Nisi sint divini juris declaratoria.   | 6. Constitutiones promulgatæ an cogunt præsumantur.         |
| 3. Præsertim si in promulgatione accedat protestatio subditorum.                | 7. Constitutiones an afficiant Dominia temporalia laicorum. |
| 3. Reditus cum protestatione solutus liberat solventem ab illius continuatione. |   |

**R**eceptas præsumi, censuit Bennitend. *Boyon. conclus. 13. num. 10.* & latissime id probat Flaminius adducens inter cæteros Felinum *cap. 1. num. 13. de trans. & pace v. Flaminius de resignat. benef. lib. 13. quest. 7. num. 25.* ubi late idem late tenet Cavalcanus asserens difficillimam esse contrarij probationem *de tutore & usufructu mulieri relicto n. 41. & 42. ubi id probat in materia statutorum.* At vero contrarium pluribus probavit Menochius *lib. 2. præsumpt. 2. per tot. dictum est supra lib. 1. qu. 10. numer. 12.*

Ratio est, quia usu recepti est quid facti, quod non præsumitur, *Soc. Jun. cons. 32. n. 47. lib. 3. per l. in Bello §. factæ ff. de captivis & post l.* Hinc Guilielmus Redoanus *tr. de alienatione rerum Ecclesiasticarum quest. 58. num. 25.* putavit non satis esse allegare Papalem seu extravagantem ambitiose de rebus Eccles. non alienand. qua inhibetur locatio rerum Ecclesiasticarum ultra triennium, sed opus esse probati usu receptam & moribus approbatam *per gloss. & DD. in cap. 1. de Treuga Bald. l. rem non novam C. de iudic. Boer. dec. 224.* nec advertatur sententiæ Menochij & Socyni Decius cum quibusdam alijs *cons. 649. num. 10. Curt. Jun. cons. 129. nu. 12. Gozad. cons. 16. n. 16* qui visi sunt una cum Bennitendo affirmare leges editas & debite promulgatas præsumi receptas. Siquidem ipsi nulla lege, nulla auctoritate id probarunt, et ubi ceteris autem sine lege loqui *l. si servum §. non dixit pretor ff. de aeq. hered. Preses in loco à legi cessante in pr. non est autem ad rem quod Gozadin. d. num. 16.* adfert legem tempore cessante esse in viridi observantia *l. Arriani §. cunctis C. de hæreticis Barth. & Socin. l. si mihi & tibi §. in legatis col. 2. de legat. 1. Barth. l. certa forma num. 11. C. de iure ff. lib. 10.* Nam præter id quod respondet Socin. *Jun. d. cons. 32. num. 47.* licet respondeat legem semper esse in viridi observantia præsupposito initio observationis. Si enim semel recepta est observari, præsumitur adhuc in præsentium observari, quia mutatio non præsumitur *Alciat. de præsumpt. reg. 2. per tot. præsumptione* otia  
de